[15] Malakia autem connectuntur quidem secundum os con-
tratenentia et complectentia plectanas ad plectanas, connectuntur
autem hoc modo ex necessitate : natura enim circa os consum-
mationem superfluitatis conduxit reflectens, quemadmodum
720b20 dictum est prius. Habet autem femella quidem matricalem parti-
culam manifeste in quolibet horum animalium : ovum enim
habet primo quidem indeterminatum, deinde segregatum fit
multa et parturit unumquodque horum imperfectum, quemad-
720b25 modum et ovificantia piscium. Porus autem idem superfluitatis
et matricalis particule, et malakostrakois et istis ; est enim qua
semen dimittit per porum. Hec autem sunt in supinis corporis,
qua ovum abscedit et mare ingreditur, propter quod coitus
720b30 secundum hoc fit masculo ad femellam : necessarium enim, si
quidem masculus dimittit sive sperma sive particulam sive aliam
aliquam virtutem, secundum matricalem porum approximare.
Plectane autem masculi per canalem penetratio in polypodis,
qua aiunt coire plectana piscatores, complexionis gratia est, sed
720b35 non ut organo utili ad generationem : est enim extra porum et
corpus. Aliquando autem copulantur et ad dorsalia malakia :
721a1 utrum autem generationis gratia aut propter aliam causam
nichil visum est umquam.

[16] Entomorum autem hec quidem copulantur, et generatio
ipsorum est ex animalibus synonimis sicut in sanguinem habenti-
721a5 bus, velut locuste et tettiges et falangia et vespe et formice,
— hec autem copulantur quidem et generant, non omogenea
autem ipsis sed vermes solum, neque fiunt ex animalibus, sed ex
putrefactis humoribus, — hec autem siccorum, puta pulices
et musce et cantharides ; hec autem neque ex animalibus fiunt
721a10 neque coeunt quemadmodum empides et vermes et multa talia
genera. Coeuntibus autem in plurimis femelle maiores masculis
sunt. Masculi autem poros thoricos non videntur habentes.
Emittunt autem, ut est in plurimis dicere, masculus in femellam

---

O^c (ZPSYEΞ) 3 circa *(E)*] παρά 5 prius *(ZPΞ)*] + ἐν τοῖς περὶ τῶν μορίων λόγοις (= $Γ^1$) 12 ovum] κέλυφος

Ap ap, VbBvFaCe 2 complectentia — plectanas] sputum imponentia plect⟨an⟩is *Ap* 5 prius + in hiis que de particulis sermonibus *ApVb* quidem + enim *Ce* 8 eorum *Ap* 11 semen] thoron *ApVb* 14-15 aliquam aliam *Ce* 18 non *om. Ap* 19 dorsalia] prana *Ap* 22 genere *Ap* 24 tettiges] ortutiges *Ce* vespe] sfikes *ApVb*[1] 32 ut est *om. Ap* femella *Ap* : femellis *Bv*